



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum


Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197097

Festum Purification.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)



FESTUM PURIFICATION.

*Christi
bajuli.*

THESIS I. *Accipit eum in ulnas suas. Luc. 2. v. 28. Tres leguntur Dominum portasse. I. Virgo in utero. II. Simeon in ulnis. III. Joseph in humeris. Petr. Blessens. serm. 9. de Purific.*

Sacrificiū.

THESIS II. *Tulerunt illum in Jerusalem. Luc. 2. v. 22. Hodie in Templo Jerosolymitano Christus, Maria, & Simeon sacrificant. I. Sacrificium Christi innuitur per hæc verba. Ut scisterent eum Domino. Illud erit Sacrificium Vespertinum, istud est Martirium. S. Bern. Sermon. 3. de Purific. II. Sacrificium MARIE. Sacrificium maximum Humilitas est, hoc Sacrificium multò melius est, quàm Judæorum. S. Chrysostr. Hom. 2. in Ps. 50. III. Sacrificium Simeonis, qui sacrificat vitam suam: Nunc dimittis &c. Naturale nobis est velle vivere. S. Aug. l. 2. ad litt. c. 27. La Selve.*

THE-

THESIS III. *Postquam impleti Candela.*
sunt dies. Luc. 2. v. 22. Tria Festa
sunt, quibus à Sacerdote res benedictas
populus Christianus accipit, & domum
refert ab Ecclesia. I. Cinerum dies.
II. Dies Palmarum. III. Hodiernus
dies. In primo *Cineres* benedictos
promortis memoria; in secundo *Ra-*
mm pro memoria victoriæ, quam à
devicto mundo debemus reportare; in
tertio *Cereum* tanquam Symbolum Fi-
dei nostræ, & Amoris semper ardentis
erga Deum. *Vide Fullonium in lib. Ma-*
chab. in Indice Concionat. hoc festo.

THESIS IV. *Nunc dimittis ser-* *Mors.*
vum tuum. Luc. 2. v. 29. I. Quidam
volunt mori ante tempus, & in tempo-
re destinato nolunt. II. Quidam no-
lunt mori ante tempus suum, & cum
tempus suum advenerit, toto animo vo-
lunt. III. Quidam optant nunquam
mori, & cum necesse est, pro viribus re-
luctantur.

THESIS V. *Postquam impleti Virtutes*
sunt dies. Luc. 2. v. 22. I. MARIA in *MARIÆ.*
Purificatione sua omnium Creaturarum
fidelissimam in obsequio Divino se o-
stendit. II. MARIA in Purificatione
B sua

sua se Virginum perfectissimam demonstrat. III. MARIA in Purificatione sua omnium Matrum se generosissimam probat. *Diction. Apost. verbo Purificatio.*

Templum THESIS VI. *Venit in Spiritu in Templum.* Luc. 2. v. 27. I. Quando accedimus ad Templum, debemus *Venire in Spiritu*, sicut Simeon. II. Quando intramus templum, debemus *Oblivisci dignitatis nostræ*, sicuti MARIA. III. Quando sumus in templo, debemus *nos Redimere*, sicut JESUS. *Id. ibid.*

THESIS VII. *Ut sisterent eum Domino.* Luc. 2. v. 22. I. Oportet apparere coram Domino, sicuti MARIA, quæ nos docet instituere Purificationem, quâ nos verè indigemus. II. Oportet se sistere Deo, sicut JESUS, per Sacrificium & omnimodam Oblationem. III. Oportet expectare Gratiâ Dei, sicut Simeon, per impletionem votorum nostrorum. *Id. ibid.*

THESIS VIII. *Venit ... in templum.* Luc. 2. v. 27. Triamirabilia spectanda se offerunt hodie in templo Jerosolymitano I. Coronata est ibi *Hu militas*, tanquam in Templo *Gloriæ*, hæc

hæcerat Beatæ Virginis. II. Finitum est ibi Bellum, tanquam in Templo Pacis, Bellum hoc erat inter Cælum & terram. III. Immolata est ibi Vita, tanquam in Templo Mortis, vita hæc est Justorum, qualis Simeon. Atque sic Templum habemus Gloriæ, Pacis, & Mortis hodie. *Durand. in Character. Sanct. 2. Febr.*



FESTUM S. MATHIÆ Ap.

THESIS I. *Cecidit Sors super* LAUS.
Mathiam. Act. 1. v. 26. I. S.
Mathias fuit *Apostata subrogatus*, scilicet
Judæ Iscarioch. II. Fuit *Iusto praelatus*,
scilicet Joseph, qui cognominatus
est *Iustus*. III. Fuit *Apostolatu dignatus*,
& *annumeratus est cum undecim Aposto-*
lis. Vivien in Teriull.

THESIS II. *Cecidit Sors super*
Mathiam. Act. 1. v. 26. Judas fuit
Apostata, Proditor, & Prodigus, sed
Mathias I. Ingreditur domum Christi,
B 2 *quam*